



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXXVI. De Religiosis domibus, ut Episcopo sint subjectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

De Religiosis domibus, ut Episcopo sint subjecta.

TIT. XXXVI.

Hoc Tit. & seq. agitur de rebus Monachorum & aliorum Religiosorum externis, id est de domibus & monasteriis, de xenodochiis, & aliis similibus locis.

Quid igitur intelligis per Domum Religiosam?

Intelligitur proprie eo nomine locus consecratus aut dedicatus, auctoritate Episcopi, vel ejus, qui in hoc habet auctoritatem Episcopalem. Vel latius accipiende Religiosam domum, significat ea locum omnem destinatum religioni & divino cultui aut pia causa, etiam si per Episcopum dedicatus non sit; ut loca, ubi suscipiuntur peregrini ubi curantur aegroti, senes vel infantes.

c. 4. Et ibi Abbas h.t. can. quidem xviii. q. 2.

Cui subjecta sunt ejusmodi domus seu Monasteria Religiosorum?

Hospitalia hic in summa.

Episcopo loci, in quo sita sunt Monasteria, ut & regulariter omnia pia loca & Xenodochia seu Hospitalia Episcopo loci subsunt. Ideoque Monasterium

c. 1. 7. Et 8. h. t. c. 3. 4. Et alii h. t.

M + jura

jura Episcopalia illi Episcopo debet, in
cujus diœcesi situm est, nisi ea Episco-
pus remiserit, vel nisi monasterium
probet se exemptum.

c. 6. h. t. c.

7. & eod.

Vide Cœc.

Trid. sess.

22. c. 8.

& 9. &

sess. 25. c.

8. de re-

form.

Latè de

hoc Ab-

bat. in c.

Dilectus

de off.

Ord.

d. sess. 22.

c. 9.

Vallens.

hic §. 2.

*Interesse quo ad hanc subjectionem
inter Ecclesias seculares & Mo-
nasteria ?*

Omninò: magis enim obligatæ sunt
Episcopo Ecclesiæ seculares quàm
Monasteria; quia seculares Ecclesiæ
subsunt Episcopo secundum utramque
legem, & diœcesanam. & jurisdic-
tionis Monasteria verò subsunt Episcopo
tantum secundum legem jurisdic-
tionis.

*Cui competit facultas visitandi Ho-
spitalia & alia pia loca ?*

Facultatem eam Episcopis tribuit
Conc. Trid. nisi in fundatione aliter
sit cautum, cui non derogavit Conc. Illud
neque ademptum voluit laicis jus ad-
ministrandi & visitandi, si hoc eis
aliàs legitimè concessum sit.

* *

* *